

AÑO LXI || DE 13 DICIEMBRE DE 1913 || NUM. 23



BOLETÍN ECLESIASTICO
DEL
OBISPADO
DE ASTORGA

— SUMARIO —

Gobierno Eclesiástico Sede Plena.—Consagración del nuevo Prelado Asturicense.—La tomo de posesión.—Acta Pii PP. X.—S. Congregatio Rituum.—Discurso leído en la solemne apertura del curso por D. Isidro Soto Fernández; (Continuación).—Llmosna con destino á ia Peregrinación nacional á Roma.—Necrología.



Íltmo. Sr. D. Antonio Senso Lázaro

Gobierno Eclesiástico Sede Plena.

En la mañana del 4 del actual ha tomado posesión de la sede asturicense el Ilmo. Sr. D. Antonio Senso Lázaro, representado por el M. I. señor Deán de esta Catedral D. Braulio Lobo Ligerero; habiéndose dignado al mismo tiempo honrarnos con el cargo de Gobernador Eclesiástico. S. P.

Al rendirle, como en nombre de toda la diócesis lo hacemos, el tributo debido de respeto, obediencia y filial acatamiento, pidamos fervorosamente al Todopoderoso, se digne derramar sobre él abundantes dones para que cumplidamente se realicen los felicísimos augurios que á todos hacen concebir sus singulares dotes de Gobierno.

Rogamos asimismo á los Sres. Sacerdotes en cumplimiento del deber que tenemos como Gobernador Eclesiástico nombrado por S. S. I. que hagan mención del nombre del Prelado en todos los casos prescritos por las sagradas rúbricas.

Dr. Pedro Domínguez,

Gobernador Eclco. s. P.

Consagración del nuevo Prelado Asturicense.

Con solemnidad y brillantez extraordinaria, se celebró en la mañana del 23 del pasado, Noviembre la Consagración episcopal del nuevo Pastor que la divina Providencia ha señalado á esta antiquísima y piadosa Diócesis de Astorga.

Realizóse la sagrada ceremonia en la S. I. Catedral Basílica de Madrid, y bien podemos afirmar sin exageración alguna que el espacioso templo resultaba insuficiente para contener á las comisiones y personas de todas las clases sociales que á él habían acudido rindiendo fervoroso homenaje de adhesión, admiración y amistad al nuevo Obispo de Astorga. Madrid al frente de cuyo Seminario tan fecunda labor ha realizado el Illmo. Sr. D. Antonio Senso Lázaro, estaba representado por lo más florido del clero, de la aristocracia, de la ciencia y de la política, no siendo menos brillantes las representaciones con que en tan solemne acto testimoniaban Astorga su confianza filial en la sabiduría y celo pastoral de su nuevo Prelado y Extremadura su orgullo de madre ante la dignidad altísima con que la Iglesia realzaba á hijo tan esclarecido. Allí se hallaban, además de muchas aristocráticas damas confundidas con sencillas mujeres del pueblo, los ex-ministros señores Barroso y Cortezo, el comandante general de Alabarderos, general del Río; el duque de Mandas; los condes de San Diego, Doña Marina y Cerrajería; el marqués de Camarines, los doctores Cortejarana, Isla, Grinda, Ortega y Huertas (hijo); los señores Requejo, Bethencourt, Hidalgo, Pradiña, Gullón y García Prieto (D. Manuel), diputado por Astorga, ex-director general de Penales D. Antonio Pérez Crespo, Millán (D. Ja-

vier), Gómez de la Serna, comisiones del tribunal de la Rota, del clero palatino, el cabildo matritense en pleno como así mismo el claustro de profesores del Seminario. El Cabildo, Ayuntamiento y Seminario Asturicenses estaban respectivamente representados por los M. I. Sres. Lectoral y Magistral, el Sr. Alcalde D. Vicente R. de Cela con el concejal D. Rodrigo M.^a Gómez y los M. I. Sres. Rector y Prefecto de Estudios, La familia del nuevo Prelado, el M. I. Sr. Lectoral del cabildo pascense, el diputado provincial D. Maximiliano Gomez y multitud de caballeros y sacerdotes de las provincias de Badajoz y Cáceres representaban dignamente á la nebilísima región extremeña. Fué padrino del nuevo Prelado el reputadísimo doctor Excmo. Sr. D. Francisco Huertas que vestía el uniformo de la Academia de Medicina y ostentaba las grandes cruces de Isabel la Católica, Carlos III y la legión de honor. Ofició de consagrante el Excmo. Sr. Obispo de Madrid Alcalá, asistido de los Prelados de Sión y Canarias, preconizado de Badajoz. Después del grandioso y conmovedor acto de la consagración fueron obsequiados todos los invitados en el Seminario Conciliar con espléndido banquete al que asistió también el Nuncio de Su Santidad, Monseñor Ragonessi.

El crecido número de telegramas recibidos en aquel mismo día por el nuevo Pastor Asturicense, de Roma, de diversas provincias españolas y de las principales ciudades y pueblos de su nueva diócesis, proclama elocuentemente la extensión de sus simpatías y las consoladoras esperanzas que á todas hace concebir su brillantísima historia.

Con tan fausto motivo la Redacción del BOLETÍN ECLESIASTICO, del Obispado de Astorga rinde á su nuevo Prelado el más ferviente testimonio de su amor y adhesión inquebrantable.

LA TOMA DE POSESIÓN

Realizóse tan interesante acto en la mañana del 4, después de las horas canónicas, manifestando una vez más la católica Ciudad de Astorga el interés que siempre le inspira cuanto con sus Prelados se relaciona. Se posesionó del Obispado en nombre y representación de nuestro amadísimo Pastor el dignísimo Sr. Deán, D. Braulio Lobo Ligerero, con las ceremonias establecidas por el derecho y por los estatutos de esta S. A. I. Catedral. Al acto concurrieron la Corporación municipal con maceros y banda de música; Jefes y Oficiales de la Reserva; Capitán de la Guardia civil; representación del Sr. Juez de 1.^a Instancia; PP. Redentoristas; Clero, Profesores, Superiores y alumnos del Seminario, Diputados Provinciales; funcionarios de la Casa Hospicio; Hermanos del Colegio de S. Juan de la Salle, y una gran multitud de personas pertenecientes á todas las clases sociales.

Terminada la ceremonia, pasaron los invitados al Palacio Episcopal donde en nombre del Ilmo. Sr. Obispo fueron cumplidamente obsequiados. El Cabildo, el Ayuntamiento, y la Secretaría de Cámara telegrafiaron al nuevo Prelado reiterándole su afecto y adhesión. A las 11 de la mañana, antes de que estos telegramas llegaran á Madrid, recibió el Sr. Deán el siguiente verdaderamente revelador de la solicitud con que el nuevo Prelado asturicense vela y se interesa por sus hijos:

«Momento posesión Obispo bendice amorosamente Cabildo, Ayuntamiento, Clero, Comunidades y fieles todos Ciudad y Diócesis.»

I

DE DOMINICIS ET FESTIS HUCUSQUE DOMINICIS DIEBUS AFFIXIS

1. Dominicae quaevis assignationem perpetuam cuiuslibet Festi excludunt: idcirco Festa tam universalis Ecclesiae quam alicuius loci propria, quae hucusque Dominicis assignata fuerunt, celebrentur die fixa mensis qua in Martyrologio inscribuntur, si haec habeatur; secus prima die qua occurrere potest Dominica in qua hucusque celebrata sunt, Excipiuntur tamen:

a) Festum Ssmae. Trinitatis, quod Dominicae I post Pentecostem assignatum manet.

b) Festum Ssmi. Nominis Iesu, quod ab omnibus celebrabitur in Dominica quae occurrat a die 2 ad 5 ianuarii, et, si ea non occurrerit vel impedita fuerit ab Officio nobiliori, die 2 eiusdem mensis.

c) Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, quae assignabitur Feriae IV ante Dominicam III post Pascha occurrenti, et in ea cum sua integra Octava recoletur, redacto ad ritum Duplicem II classis alio Festo S. Ioseph dici 19 Martii.

d) Festum S. Ioachim, fixe celebrandum die 16 augusti, inde in sequentem diem 17 traslato Festo S. Hyacinthi.

e) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod, seorsim ab Anniversario Dedicationis aliarum Ecclesiarum Dioecesis, in tota Dioecesi die ipsa anniversaria celebrabitur, si ea innotescat: secus alia die fixa arbitrio Episcopi, audito tamen Capitulo Cathedrali semel pro semper designanda.

f) Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae quod pariter, si hucusque sua propria die a singulis Dioecesis Ecclesiis celebratum est, ipsa die celebrari pergat: si vero in tota Dioecesi vel instituto unica die

recoli consuevit Dedicatio omnium Ecclesiarum Dioeceseos, haec, extra Ecclesiam Cathedralem, in Ecclesiis consecratis tantum, non vero in aliis recoli poterit, die ab Ordinario, ut supra, designanda, quae tamen alia si a die Dedicacioni Ecclesiae Cathedralis re-colendae assignata. Quae item observentur de Anniversario Dedicacionis omnium Ecclesiarum alicuius Ordinis seu Congregationis, quod hucusque in Dominica celebrari consueverit.

g) Festa Sanctorum vel Beatorum, quorum mentio non fit in Martyrologio, quae tamen celebranda sunt, iuxta Rubricas, die eorum natali, si agnoscat, dummodo per Litteras Apostolicas alius dies non fuerit assignatus.

h) Festa quae certis Dominicis post Pascha vel post Pentecosten affixa sunt, quae semel ab Ordinario, ut supra, assignanda erunt congruentiori Feriae infra Hebdomadam immediate praecedentem.

2. Ubi solemnitas externa Festorum quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, in ipsa Dominica celebratur, de Solemnitate Festi Duplicis I classis permittuntur Misae omnes, praeter Conventualem et Parochialem, semper de Officio diei dicendas; de Solemnitate vero Festi Duplicis II classis permittitur tantum unica Missa sollemnis vel lecta. Excipitur Solemnitas externa Ssmi. Rosarii, quae Dominica I Octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter Conventualem et Parochialem, de Ssmo. Rosario, ut supra dictum est de Duplicibus I classis.

Omnes Missae de his solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicantur ut in ipso Festo de quo agitur Solemnitas, addita Oratione de Officio diei et aliis omnibus quae dicendae essent, si festum ipsa Dominica incidisset. Prohibentur tamen in omnibus Dominicis maioribus, et in aliis Dominicis in quibus

fiat Officium nobilius ipso Festo cuius Solemnitas externa peragitur; sed in casu, praeterquam in Duplicibus I classis Domini Ecclesiae universalis. in omnibus Missis quae alioquin de Solemnitate externe celebrata permetterentur, addatur eius Oratio sub unica conclusione cum prima. Ubi tamen adest obligatio Missae conventualis, non permittitur in casu alia Missa sollemnis, sed Oratio de Festo externe tantum celebrato addi poterit, uti supra, in ipsa Missa Conventuali.

3. Dominicae II, III et IV Quadragesimae, ad gradum Dominicarum I classis evectae, nulli in posterum cedent Festo, neque etiam Duplici I classis.

Dominica autem quae occurrat die 2, 3 vel 4 Januarii, si in ea celebrandum non sit, iuxta Rubricas, Festum Ssmi. Nominis Iesu aut aliud Festum Domini, et dummodo de ipso Domino nulla fiat Commemoratio neque occurrens, neque concurrens, commemoratur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, per Antiphonas, Versus et Orationes Dominicae infra Octavam Nativitatis, sed de ea non dicitur IX Lectio Homiliae nec Legitur Evangelium in fine Missae.

Officium vero Dominicae quae post Ephiphaniam, superveniente Septuagesima, vel post Pentecosten, superveniente Dominica XXIV, anticipari debet, celebretur in Sabbato praecedenti ritu Semiduplici, cum omnibus privilegiis Dominicae tam in occursum quam in concursu ad I Vesperas Omnia dicentur de Sabbato, et in I Vesperis, de Feria VI praecedenti, praeter Orationem, Lectiones, Antiphonam ad *Benedictus* et Missam propriam; et post Nonam nil fit amplius de Dominica anticipata.

(Se continuará).

DISCURSO

leído en la solemne apertura del Curso Académico
de 1913 á 1914 en el

SEMINARIO CONCILIAR DE ASTORGA

POR EL

Lic. D. Isidro Soto Fernández,

PRESBITERO,

Profesor de Lógica y Ontología y Teología Dogmática (C. B.)
y Secretario de Estudios del mismo Seminario.

(Conclusión)

León XIII, el verdadero restaurador de los estudios escolásticos, convencido de que el único medio de despojar á los adversarios del campo, que durante tres siglos por incuria de los que debían de haber sido sus defensores con fuerza creciente invadieron, era presentar frente al enemigo la grandeza de las construcciones tomistas, escribió aquella inmortal Encíclica *Aeterni Patris*, donde dice: «encarecidamente os exhortamos á vosotros todos, venerables hermanos. á que para la defensa y gloria de la fé católica, bien de la sociedad é incremento de todas las ciencias, renoveis y propagueis en todas partes la sabiduría verdaderamente de oro de Sto. Tomás, tomada de sus mismas fuentes ó al menos de aquellos raudales, que, según cierta y conocida opinión de hombres sabios, han salido del manantial mismo y todavía corren íntegros y puros.»

Pío X (1) al señalar las causas del modernismo asienta que el olvido de la filosofía escolástica, principalmente la de Santo Tomás, ha sido el origen de los

(1) Pius X. Enc. Pascendi.—1.

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

DE OFFICIIS DIVINIS NOVO ALIQUA EX PARTE MODO
ORDINANDIS

PIUS PP. X

Abhinc duos annos, cum Constitutionem Apostolicam ederemus *Divino afflatu*, qua id proprie spectavimus, ut, quoad fieri posset, et recitatio Psalterii absolveretur intra hebdomadam, et vetera Dominicarum Officia restituerentur, Nobis quidem alia multa versabantur in animo, partim meditata, partim etiam inchoata consilia quae ad Breviarii Romani, susceptam a Nobis, emendationem pertinerent; sed ea tamen, cum ob multiplices difficultates tunc exequi non liceret, differre in tempus magis commodum compulsi sumus. Etenim ad compositionem Breviarii sic corrigendam ut talis existat, qualem volumus, id est numeris omnibus absoluta, illa opus sunt: Kalendarium Ecclesiae universalis ad pristinam revocare descriptionem et formam, salvis tamen pulcris accessionibus, quas ei mira semper Ecclesiae, Sanctorum matris, fecunditas attulerit; Scripturarum et Patrum Doctorumque idoneos locos, ad genuinam lectionem redactos, adhibere, sobrie Sanctorum vitas ex monumentis retractare; Liturgiae plures tractus, supervacaneis rebus expeditos, aptius disponere. Iam vero haec omnia, doctorum ac prudentum iudicio, labores desiderant cum magnos, tum diuturnos; ob eamque causam longa annorum series intercedat necesse est, antequam hoc quasi aedificium liturgicum, quod mystica Christi Sponsa, ad suam declarandam pietatem et fidem, intelligenti studio conformavit, rursus, dignitate splendidum

et concinnitate, tamquam deterso squalore vestustatis, appareat.

Interea ex litteris et sermone multorum Venerabilium Fratrum cognovimus ipsis et permultis sacerdotibus esse optatissimum, ut in Breviario una cum Psalterio nova ratione disposito suisque rubricis adsint mutationes omnes, quae ipsum novum Psalterium vel iam secutae sunt vel sequi possunt. Quod cum instanter a Nobis peterent, simul significarunt se vehementer cupere, ut et Psalterium novum usurpetur frequentius, et Officia Dominicarum serventur eo studiosius, et incommodis Officiorum translationibus occurratur, et alia quaedam quae bonum videatur mutari, mutentur. Huiusmodi Nos vota, utpote rerum veritati innixa Nostraeque admodum consentanea voluntati, grante equidem accepimus: iis autem obsecundandi nunc esse tempus arbitramur. Certiores enim facti sumus officinatores librarios qui sacrorum Rituum Congregationi inserviunt, exspectantes dum Breviarium Romanum decretorio modo ac definitivo corrigatur, in eo esse ut novam interim ipsius Breviarii editionem adornent. Hac uti occasione visum Nobis est; propterea, implorato divinae Sapientiae lumine, consultatione habita cum aliquot S. R. E. Cardinalibus, rogataque proprii cuiusdam Consilii sententia, haec Motu Proprio statuimus, edicimus:

I. Secundum priscam Ecclesiae consuetudinem, ne facile Officia Dominicarum praetermittantur.—Itaque nullum festum, ne Domini quidem, statuatur posthac Dominicis celebrandum; ex his tamen excipiatur, ob peculiarem ipsius naturam, ea quae a die prima ad quintam Ianuarii occurrat: quam recolendo sanctissimo Nomini Iesu, propter coniunctionem quam habet cum mysterio Circumcisionis, assignamus.—Festa vero, quibus usque adhuc dies Dominica attributa erat,

omnia, praeter festum sanctissimae Trinitatis, in aliam diem perpetuo transferantur.—Ne forte autem per Quadragesimam aliquod omittatur ex Dominicarum Officiis, quae mire facta sunt ad excitandam in animis christianam paenitentiam, eius temporis secundam, tertiam et quartam Dominicam ad gradum I Classis promovemus.

II. Cum recitationi Psalterii celebratio Octavarum sit impedimento, id ut rarius contingat, in posterum sola duplicia I Classis, quae Octavas integras habent, eas conservent: verum in hisce ipsis Octavis, exceptis privilegiatis, Psalmi de Feria currenti usurpentur.—Octavae autem duplicium II Classis solo Octavo die celebrentur et quidem ritu simplici.

III. Lectionibus de Scriptura ocurrenti semper adhaereant Responsoria de Tempore.

IV. Nulla, ne perpetua quidem, Festorum, quae in Ecclesia universali celebrantur, translatio fiat, nisi duplicium I et II Classis.

Iam, quae hic a Nobis praescripta sunt, ea quemadmodum adduci ad effectum debeant, et quid praeterea novi non modo in Breviarium, sed etiam in Missale, quod cum illo congruat oportet, indidem emanet, sacra Rituum Congregatio peculiaris *Commissionis* a Nobis institutae consulta sequens, propriis decretis constituet, eademque tum Breviarii tum Missalis novam editionem typicam faciendam curabit.

Has ipsas quidem praescriptiones volumus, statim ut hoc Motu Proprio promulgatae sint, valere. Sed tamen, ratione habita vel Kalendariorum quae iam sunt confecta in annum proximum, vel temporis quod typographi requirunt, sinimus eos, qui ad officium persolvendum Romano utuntur Breviario, tum e Clero saeculari tum e regulari utriusque sexus, his praescriptionibus non teneri nisi a Kalendis anni

MCMXV. Qui vero aliud legitime usurpant Breviarium a Romano diversum, iis sacra Rituum Congregatio definiet intra quos terminos ad easdem praescriptiones accommodare sese debeant.

Cuilibet autem liceat comparare sibi atque ad horas canonicas recitandas etiam nunc adhibere Breviaria quae sunt in usu, dummoda tamen peculiarii in libello habeat, unde Constitutioni *Divino afflatu* ac decretis quae illa subsecuta sunt, obtemperare possit, ac simul quae hoc Motu Proprio Nos statuimus et quidquid eadem in rem sacra Rituum Congregatio decreverit, diligenter observet.

Atque haec omnia constituimus, edicimus, contrariis quibusvis, etiam speciali mentione, dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIII mensis Octobris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

S. CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM GENERALE

SUPER MOTU PROPRIO «ABHINC DUOS ANNOS»

Cum Ssmus. Dnus. noster Pius Papa X. mandaverit, ut quae Motu Proprio *Abhinc duos annos*, die 23 praesentis mensis octobris decrevit, ab hac sacra Rituum Congregatione, iuxta votum specialis Commissionis liturgicae, opportune apteque applicarentur, haec eadem S. R. C., voluntati Sanctitatis Suae, qua par est observantia, obsequens, haec declaranda et statuenda censuit;

errores, por lo que, entre otras saludables advertencias añade: *Magistros autem monemus ut rite hoc teneant Aquinatem deserere, praesertim in re metaphisicæ, non sine magno detrimento esse*; y al prescribir remedios contra el mismo añade: «primeramente por lo que mira al estudio queremos y ordenamos que la filosofía escolástica sea el fundamento de los estudios sagrados. Y es de gran importancia advertir que cuando mandamos que se siga la filosofía escolástica nos referimos principalmente (he ahí la razón de que este discurso verse únicamente acerca de la escolástica tomista) á la que enseña Santo Tomás de Aquino, de la cual lo que sancionó nuestro antecesor queremos que en pleno vigor permanezca y si fuere necesario, lo renovamos y confirmamos y mandamos que estrictamente lo observen todos.» Y en reciente carta al Arzobispo de Caracas le dice, (1) «admonemus ut in philosophiae ac theologiae doctrinis ducem et magistrum Thomam Aquinatem et habendum edicatis et sequendum curetis». Aún más, siempre que se le presenta ocasión, eficazmente recomienda la doctrina del Angélico Maestro, como la salvaguardia de la doctrina católica. En documento de este año al P. Baudrillart dice: (2) «En medio de la confusión en que se debaten las teorías filosóficas contemporáneas es más necesario que nunca profundizar esa eterna filosofía, que conduce á la verdad y temple fuertemente las almas. La metafísica de los autores escolásticos y señaladamente de Santo Tomás, elevándolo todo á los primeros principios, dará á los seminaristas las miradas sintéticas, claras y precisas, el encadenamiento coherente y vigoroso de las ideas, merced á las

(1) Cf. Acta Apost. Sedis 15 januarii 19 2.

(2) Cf. id. 16 februarii 1913.

cuales sabrán deshacer los sofismas modernos y resistir á la seducción.»

Ni son solos los Romanos Pontífices ni los sabios católicos, quienes desean la restauración escolástica, los mismos del campo contrario, que durante tres siglos han recorrido millares de sistemas buscando inutilmente algo que satisfaga sus aspiraciones, son los que mas de veras aportan entusiastas homenajes á la superioridad de Sto. Tomás, manifestando que (1) «su teoría no ha muerto ni está enterrada, como algunos equivocadamente han supuesto, pues sus continuadores, pensando según las ideas escolásticas, hablan el lenguaje de la filosofía moderna.» Y autores de la Historia de la filosofía tan notables y modernísimos como Tredeci y Sortais (2) confiesan que el Angélico Maestro va nuevamente recobrando el lugar que le corresponde, porque aún las mismas psicología é ideología, después de largas peregrinaciones fuera de la filosofía tradicional, no solo no presentan soluciones más aceptables á sus problemas, sino que, como decía Wundt, confirman más y más la escolástica tomista.

(Se continuará.)

(1) Huxley y Janet. cit. por Arnaiz. obr. cit. apéndice.

(2) Ciencia Tomista, Nov. 1912.

LIMOSNA recibida en esta Secretaría con destino á la Peregrinación nacional á Roma del Magisterlo Español y remitida al centro correspondiente.

Dos Sres. Sacerdotes de la Diócesis..... 11 ptas.

(Se continuará.)

NECROLOGÍA

El 16 de Noviembre falleció D. Esmaragdo Rodríguez Fiz, Coadjutor que fué de Moratones.

Hace el número 284 de los hermanos difuntos y tenía cumplidas las cargas de la Asociación Sacerdotal de Sufragios, á la cual pertenecía.